

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

8. Vtrum sit idem quod assumptio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

QVAEST. II.

naliter in ytraque natura. Sicut enim vniōnis relatio inter corpus, & animam non est ad animam quomodolibet se habentē, sed ad animam communicantem substantiale suum esse corpori, ita relatio vniōnis humanae nature ad hypostasim diuinam, non est ad hypostasim filij Dei qualitercumque se habentem, sed ad filii Dei hypostasim unam personaliter secum, hoc

cū cum humana natura. Et quia Author in hac responsione ad tertium loquitur de relatione vniōnis inter natūram humānam, & personam filii Dei, ut clare sonat verbaliter, dicentes, inquantum terminatur ad hypostasim diuinam non dixit, ad natūram diuinam, vt prius dixerat, sed dixit ad hypostasim diuinam, ideo coniunctionem personale, seu, quod idem est, unitatem personam ex parte termini relationis viuonis posuit. Et perinde valer, ac si dixisse, Homo est Deus propter vniōnem, inquantum

<sup>3. di. q. 15. ar.
3. q. 3.</sup> in illa inuenitur secundum rem unitas personalis diuinæ hypostasis cum humana natura. Et si expositionem ad verbum defideras, dico, Homo est Deus propter vniōnem, hoc est relationem vniōnis, non simpliciter, sed cum ista conditione explanante quomodo apponimus ly propter, ad relationem vniōnis, scilicet in quantum terminatur ad hypostasim diuinam, ita quod ly inquantum terminatur ad hypostasim, diminuit causalitatem relationis immo admittit causalitatem à relatione, & transferit causalitatem illam ad terminum. Sicut enim cum dicimus, quod generationis motus, inquantum terminatur ad substantiam, est in genere substantiae, intendimus quod generatio ratione termini fortior, & dat esse substantiae: ita dum dicitur, quod relatio vniōnis inquantum terminatur ad hypostasim diuinam, hoc est ratione hypostasis diuinæ, ad quam terminatur, dat quod homo est Deus. Et est ferme de hypostasi diuinæ, non qualitercumque se habente, sed terminante in rerum natura relationem vniōnis naturæ humanae ad ipsam: hypostasis siquidem diuinæ terminans relationem realē vniōnis ad ipsam, est hypostasis diuinæ (vt dictum est) non qualitercumque se habens, sed una personaliter cum humana natura. Constat autem evidenter, quod ratione talis termini homo est Deus ac per hoc admitti potuit, quod relatio vniōnis ratione talis termini dat, quod homo est Deus, & consequenter dici vere potuit, quod Deus est homo propter vniōnem, inquantum terminatur ad diuinam hypostasim.

¶ Ad primam igitur obiectiōnem dicitur, quod falsum supponit: quod si homo propter vniōnem sit Deus, quia verum est in cōloquendo, quoniam extremū vniōnis est reliquū, quia vno terminatur ad reliquum, hanc enim vniōniālē nec somniauius: sed vt declaratum est, fundatur veritas dicti in litera super hoc, quia hoc extreum vniōnis huius est tale, s. hypostasis diuinæ una personaliter cum natura humana.

¶ Ad secundam quoque dicitur, quod homo est Deus secundum substantiam: esse namq; Deum, quod communicatur homini, non est esse relatiūm, sed in genere seu ordine substantiae. Et quoniam esse aliquid in communi loquendo propter terminum relationis praecepsit esse relatiūm, esse tamq; aliud ratione talis termini, s. persone diuinæ, ypius personaliter cum natura humana, non est esse relatiūm, sed esse diuinum. Et sic patet, quod non extorquendo literam, sed de vniōne quo ad relationem loquendo, vera est litera.

¶ Super Questionis a. Articulum octauum.

In titulo articuli sunt tres termini Vnio, assumptio, & Idem. Et primus quidem terminus declaratus est in praecedenti art.

ARTIC. VIII.

secundus in corpore declarabatur, tertius autem absolute sumēdus est, sicut iacet. In calce autem articuli solvendo exprimitur qua diueritate seu differentia sunt non idem, puta real, vel rationis, vel virtutis.

¶ In corpore articuli respondetur quæstio vniqa conclusione.

Inter vniōnem, & assumptiōnem triplex est differentia. Declaratur manifestando singula membra signata, & ordinata, ita ut processus clarus sit in litera.

¶ Et prima quidem ac principali differentia est in forma, significata lib. 3. lib. Aliud est unio, aliud incarnationis: nam unio solam demonstrat copulationem, ad quem autem facta est non adhuc: humanum autem, & in carnatione determinant, ad quem facta sit copulatio. Sed similiter assumptio non determinat, ad quem facta sit copulatio. Ergo uidetur unio idem esse quod assumptio.

H ¶ SED CONTRA est, quod diuina natura dicitur unita, non autem assumpta.

¶ RESPON. Dicendum, quod si-

nisi secundum rem duo, scilicet ipsam relationem vniōnis, & actionem, & passionem, quia omnis relatione recipiens esse reale ex tempore, causatur ex aliqua mutatione, mutatio autem in actione, & passione constituit. Relatio igitur vniōnis inter natūram humānam, & diuinam in Christo, cum incepit esse secundum rem in natu, humana ex tempore, oportet quod ex aliqua causa sit mutatione, quæ in aliquo patiente ex aliqua actione sit. Ut obstat igitur inueniens in hoc mysterio, scilicet relatione vniōnis, & actione, & passione, cum vno significet relationem, & consequens est quod assumptio significat actionem vel passionem. Et manifestatur consequentia: quia assumptio ne al quis dicitur assumens tanquam agens, & aliquid dicitur assumptum tanquam patientem.

¶ Secunda autem differentia est: quia assumptio dicitur sicut in fieri, vno autem sicut in facto esse. Probatur ex signo seu effectu: quia vniens dicitur esse vnitum, assumens autem non dicitur esse assumptum, hoc est, vnitum predicatorum de vniōne, dicendo, hoc est illud assumptum autem non sic predicatur de assumtione. Et quod hoc denuetur ex dicta differentia, manifestatur, quia inter ly homo, & ly natura humana, haec est differentia in mysterio incarnationis, quod homo significat natūram humānam, vt in termino assumptionis, conflat autem terminum assumptionis spectare ad incarnationem, vt in facto esse, natura vero humana significat natūram humānam, vt quia assumitur, quod conflat spectare ad incarnationem, vt in fieri. Dicimus autem quod vniens scilicet filius Dei, est homo, & non dicimus, quod idem assumens est natura assumpta.

¶ Tertia vero differentia est, quod assumptio determinat terminum a quo, & ad quem, vno autem nihil horum determinat. Huius differentia primo reddit ratio expressa: quia relatio aequiparante non magis se habet ad vnum extreum, quam ad aliud: actio autem, & passio diversimode se habet ad agens, & patientes, & ad diuersos terminos. Ex hoc enim lequitur, quod cum unio sit relatio aequiparante, nullum extremon determinet, assumptio autem, quia est actio, vel passio, determinare potest sibi terminos a quo, & ad quem. Secunda manifestatur de assumptione, & etymologia nominis. Tertia manifestatur ex signo, scilicet quod indifferenter vnum est terminus dicitur vnitum alteri, non autem assumptum, vt patet in litera clara.

¶ Circa hæc dubium primo occurrit de prima differentia. Nam non solum assumptio, sed etiam vno significat actionem, quod etiam ex litera probatur, dum dicitur, quod vniens dicitur esse vnicum, & filius est vniens sibi natūram humānam, & in response ad secundum, quod Persona Patris vniuit natūram humānam filio. Certum est enim, quod vniere est agere, & id eo

ideo commune est Patri, & Filio, & spiritu sancto, & similiter quod vivens est agens. Ruit igitur differentia prima.

Dubium secundo occurrit de secunda differentia: quia qui intelligitur quo ad rem significatam, aut quo ad modum significandi. Non quo ad modum significandi: quia tam vivere, quam assumere significat per modum verbi: omne autem verbum significat per modum fluxus, & fieri. Nec quanto rem significat: quia natura humana, de qua verificatur, quod est vita, non praedicatur de quocumque vivente: quia nec Deus, nec Filius est natura humana.

Dubium tertio occurrit de eo, quod in tercia differentia dicitur, viventem hanc esse relationem aequiparantem, quia constat ex precedenti articulo, esse relationem in, & ex altero tantum extremo: quoniam in sola natura humana haberet esse relationem aequiparantem, ut ipsum nomen sonat, & que se habet ad vitrum extrellum.

Dubium quarto occurrit, qualis sit differentia inter viventes, & assumptionem, an rationem tantum, an etiam realis. Et ratio dubii: quia in litera in calce responsionis ad tertium concluditur, quod assumptio differt ratione ab vivente, & incarnatione, clarumq[ue] videtur, quod assumptio non differt realiter, sed ratione tantum ab incarnatione, cum ergo simul contraponantur assumptioni, sola rationis differentia apparet. In oppositum autem est, quia actio & passio o distinguuntur realiter a ratione consequente coniunctum, quod per actionem, & passionem fit: sed assumptio, & vivere sic se habent. ergo.

Dubium quinto est de termino assumptionis, ad quid scilicet terminatur, ac quis est proprius terminus assumptionis, unum aliquod, vel relatum. Et est ratio dubii ex parte rei: quia per istam actionem nullum absolutum fit in persona divina, & similiiter nullum absolutum ponitur in natura humana, sed nec etiam in persona divina realis relatio acquiritur, sed in sola natura humana fit de novo sollempnitas relatio viventis ad personam Filii: constat autem, quod terminus actionis proprius est illud ens, quod fit per actionem illam. sola igitur relatio realis viventis huius naturae humanae ad personam Elij, est terminus proprius actionis, & passionis, assumptionis nomine importata.

Ratio vero dubii ex parte nostra est, quia doctores aliqui hoc dicunt. Scors enim in 3. lente. distinet. 1. quest. 1. tenet huiusmodi assumptionem terminari ad relationem viventis: quia nullum est ibi absolutum nouum tam in natura, quam in persona, ponens hanc relationem non spectare ad genus relations, sed esse de genere respectuum extrinsecus advenientium, qui scilicet non necessario sequuntur fundamentum etiam in positio termini, quales dicit esse viventis respectus inter animam, & corpus, & praesentia feriorum viventur de noto, & patinis, & quantitas sacramenti viventur, nullum enim absolutum in huiusmodi viventibus acquiretur, fundans viventis relationem, sed ad solam viventis relationem terminatur actio viventis.

Durandus quoque in 3. lente. dist. 5. q. 2. tenet actionis, quae assumptionis nomine significatur, proprie loquendo, terminum intrinsecum esse respectum viventis, quem dici est, non relationis generis, sed modum quendam realis, sicut inhæretere est modus realis consequens naturam accidentis. Ad huiusmodi namque respectus dicit posse esse motum, & actionem naturali: quamvis ad viventem naturae humanae in persona divina, sola divina actio potuerit terminari.

In oppositum autem est, quod Author hic dicit in calce corporis articuli, quod assumptio determinat pro termino ad quem personalitatem diuinam, ut scilicet persona diuina in humana natura subsistat. Constat autem hoc non esse respectum, sed esse absolutum, viro de genere seu ordine substantiae. ergo.

Ad primum dubium dicitur, quod prima differentia optimam, per hoc, quod dicitur homo. unde uero dicimus, quod filius Dei qui est unius sibi humanam naturam, est homo. Sed humana natura in se considerata, id est in abstracto, significatur ut assumpta, non autem dicimus quod filius Dei sit humana natura. Ex eadem etiam sequitur tercia differentia, quod relatio praecipue equiparantem non magis se habet ad unum extrellum, quam ad aliud: actio autem, & passio diversimode se habent ad agens & patiens, & ad diuersos terminos. Et ideo assumptio determinat terminum a quo, & ad quem: dicitur enim assumptio quasi ab alio ad se sumptio: unio autem nihil horum determinat. unde indifferenter dicitur, quod humana natura est unita diuina, & ecclie uero. Non autem dicitur diuina natura assumpta ab humana, sed

C fundamento si supponas, quod ly vivio, est & verbum dum declinatur, hoc vivio, & quod idem formaliter significat, ut nomen, & vt verbum, sicut similitudo, & assimilatio videbis, quia nomen viventis formaliter significat relationem, etiam verbum viventis significat formaliter relationem: significat enim vivere, viventem facere, sicut assimilare, similitudinem facere. Si namque diligentius ad postumum fundamentum retuleris significatum hoc, scilicet facere viventem, clare perspicies, quod quum ly facere, illam supponat actionem quam assumptio significat, inter viventem, & assumptionem hanc primo inuenies differentiationem, quod assumptio actionem, & passionem formaliter explicat quia in incarnatione inuenitur: vivio vero, & vivere inde derivatum, formaliter relationem explicat, quomodo vivere per modum actionis significat illam relationem. Conceditur ergo, quod in communione vivio verbum significat actionem, hoc est viventem facere: sed quia in proprio ly facere non dicit actionem propriam ipsius relationis distinctionem, contra actionem significatam per ly assumere, ideo & vera est differentia prima assignata in proposita materia, quod vivio significat formaliter relationem, assumptio actionem, & passionem, & verum simile est, quod vivere significat actionem eandem, ut terminatur ad relationem, significat enim viventem facere, & propter ea Trinitati attributum. Vaire, & esse viventem, ut in litera dicitur.

E Ad secundum dubium dicitur, quod differentia secunda intelligitur, quia ad rem significatam: quia scilicet res significata per vivere, hoc est facere relationem viventis, non est nisi, ut in factu esse: quia non est nisi in termino assumptionis. intelligi enim oportet prius natura terminari assumptionem, quam confusur assumptio relationis viventis, quoniam non vivitur nisi per assumptionem: sicut oportet prius natura terminari dealbationem, quam confusur vivio albedinis cum subiecto: quia igitur assumere, ut assumere est efficax, sicut via, & assumere, ut est facere viventem, efficax, non nisi in termino inuenitur, ideo ex parte rei differentia secunda posita est, quod assumere dicitur, ut in fieri vivere autem, ut in factu esse. Nec effectus allatus hic in litera, intelligendus est viventia, ut obiectio opponit, quoniam conatur ex litera non esse verum viventia, quod vivens est vivum. Pater enim est vivens & non est vivum, quia non est homo. Sed est intelligendus permisus, hoc est, quod hinc prouenit, quod permititur aliquod vivens esse vivum, si tamen significatur, ut in factu esse, ut in termino, & propere in litera causa dicitur. Vnde vere dicimus,

dicimus, quod filius Dei; quia est unius sibi naturam humana, est homo. Assumens autem nec unius sibi, nec particulariter est assumptum: quoniam assumptum oportet ordinare praesertim nulla autem persona diuina aut natura, est id, quod praesertim assumptus, quod per naturam in abstracto significatur.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quod relatio unionis duplicitate considerari potest, scilicet realiter, & formaliter. Et si confidereur secundum esse formale, hoc est, secundum suam rationem formam em, sic proculdubio est relatio equiparantia, sicut similitudo, & qualitas, & identitas. Si vero consideratur secundum esse

sed econuerso: quia humana natura adiuncta est ad personalitatem diuinam, ut scilicet persona diuina in humana natura subsistat.

Ad PRIMUM ergo dicendum, quod unius, & assumptio non eodem modo se habent ad terminum, sed diversimode, sicut dictum est.*

Ad SECUNDUM dicendum, quod unius, & assumptio non omnino sunt idem: nam omnis persona assumens est unius, non autem persona assumens est unius, non autem forma eius, sic proculdubio est relatio

equiparantia, sicut similitudo, & qualitas, & identitas.

Si vero consideratur secundum esse

realiter, sic non est relatio equiparantia, ut obiectio probatur. Unde secundum dueras considerationes, diversimode contingit, loqui de huminodis relationibus inter creaturam & Deum: quia quandoque negantur esse relations equiparantiae, & verum est realiter, & quandoque affirmantur, & verum est formaliter. Sane igitur ac dilecte intellige dueras, quae contra apparentia apparentia, ut non sunt contraria.

¶ Ad quartum dubium dicitur, quod assumptio differt, re, & ratione ab uno, & unius sola ratione differat ab incarnatione, & humanatione. Et quidem, quod distinguatur realiter ab uno, patet ex hoc, quod tam actio, quam passio significata assumptio nomine distinguuntur realiter a relatione unionis consequente. Et ne ambiguitas aliqua restet de assumptione passiva, probatur: quia assumptio passiva importat relationem causalitatis passivae, & donator, ut ira dixerim, hominem Deum fieri, ut hoc, ita quod relatio importata per assumptionem passivam est ly ab hoc quoniam secundum regem est relatio, qua na uira humana a tota Trinitate eleuata est ad esse diuum. Relatio autem unius est naturae humana ad filium Dei primo, & ad naturam diuinam consequenter, & non est relatio causalitatis passivae, aliquo communiter efficiat ad rotam Trinitatis. Quod vero distinguatur realiter ab uno, ideo dixi, & verificatur non secundum ipsas actiones, sed secundum terminos, quoniam proprius terminus eius actionis, qui est assumere realiter, differt a proprio termino actionis, quae est facere relationem unionis, ut sic, ut in sequenti patebit dubio: quoniam unius, & idem sit facere quod per assumere, & unius importatur (ut praedictum est) quod per le primo terminatur ad proprium terminum assumptionis, & ex consequenti ad unionis relationem, ut nunc patet. Quod vera sola ratione differat ab humanatione, & incarnatione, patet quia eadem est actio, id est terminus diversimode, ut in litera dicitur explicatus. Ex hoc autem quod in litera dicitur, quod unio differit ratione ab assumptione, apt. eccl. vero, non habetur. ¶ Diferantur sola ratione sicut reliqua, quibus communeratur. Ad veritatem siquidem litera sufficit, quod differant ratione, & non exigitur, quod sola.

¶ Ad quintum dubium dicitur, quod assumptio habet termino suo, proprieatatem loquuntur ens absolutum, super quod fundatur relatio unionis: est autem illud ens absolutum non persona filii Dei sola, non haec natura humana sola, sed filium Dei esse hominem: quoniam nec persona diuina, nec haec natura humana sit per assumptionem, quoniam fuerit simul facta cum assumptione. Sed filium Dei esse hominem sit per assumptionem, & ita est quod est primus esse quod per assumptionem sit, & ad quod assumptio primo tendit: acquisiuit enim filius Dei per assumptionem esse hominem quod est in genere substantiae, & non in genere relations aut cuiuslibet relatus. Et ad hoc esse per se primo incarnationem ordinari, patet ex Symbolo fidei, dum dicitur de filio Dei. Et incarnationis est de Spiritu sancto ex Maria virgine, & hominem factus est. Hinc enim patet, quod tam actio, quam passio, quae in incarnatione interuenient, ad hoc per se primo ordinata, & terminata est, quod filius Dei factus est homo proculdubio non relatus, sed substantia taliter, aliquoquin non est homo non enim est vere homo, qui non est substantialicer homo, cum esse hominem sit esse substantiam animatum sensibilem rationalem, & non sit relativa tantum se habere ad substantiam animatum sensibilem rationalem. Et quia constat præsupposito hoc esse absolute, relationem unio-

Finis fundati super hoc esse, ideo dicendum est, quod ad relationem unionis in hoc mysterio, nulla actio aut passio, nulla mutatione per se primo terminatur, ut Author expresse dicit in 3. sent. dist. 2. q. 2. art. 2. q. 3. sed est vera relatio, more aliarum relationum, non producta per seipsum, iuxta doctrinam 3. Physic.

sed consurgens ex tem econverso. Nam persona Patris unius naturam humanam filio, non autem sibi: & ideo dicitur unius, non assumens, quasi ad se sumens. Persona anten filii, quae sibi humanam naturam unius, est unius, & assumens. Et similiter non est idem unitum, & assumptum: nam diuina natura dicitur unita, & non al-

sumpta. ¶ Ad TERTIUM dicendum, quod assumptio determinat, cui facta & confiteri cu sensu fidei verbis lo lis, quod Deus est homo substantialiter, cum Nestorio aut consentire finem, quod Deus est homo accidentaliter, & finis est relatum. Est & amplecti secundum verba Decretalem damnantem dientes Christum, finis quod homo, non esse aliquid, & refutare eam secundum rem: quia si solum esse relatum sit de novo in mysterio incarnationis, filius Dei secundum, quod homo, non aliquid, sed aliquid est.

¶ Ut autem negantum unionis relationem habere nouum esse absolutum factum per incarnationem pro fundamento, & similiter assumptionem terminari ad nouum esse absolutum substantiam, scilicet filium Dei esse hominem, error continuatur, ex fundamentis eorum in philosophia monstratur. Manifestum, siquidem est, quod albedo, & subiectum scorum praesisterent, & similiter panis, & quantitas, & similiter materia, & corpus, & postea unirentur, relatio unionis inter ea super novo esse ab soluto conserget, cuius oppositum ad aduerteriis assumuntur ad propositum. Nec hoc quod dicitur, egit probacione, sed manifestatione, constat enim quod subiectum in primo exemplo acquireret de noue esse album, & in secundo esse quantum, & in tertio esse viuum, nec potest inficiari quin quodlibet horum esse sit & esse absolutum, & de nouo per actionem unitum factum. Pater agitur, quod relatio unionis est vere relatio de genere relationis, convenientis cum illis in modo effendi, & effendi. Ex his patet solutio omnium obiectorum.

¶ Et si contra prædictam sententiam afternatur, duas rationes Scotti ibidem contra absolutum fundans relationem unionis, primo, quia illud absolutum necessario est utrumkum verbo sic est nullum enim videatur talis entitas in creatura: secundo, quia talis entitas aut est substantialis aut accidentalis, accidens talis, ut patet, nec substantialis, quia est esset eadem materia aut forma aut composite substantia: sed quicquid est idem alioi substantiae, manet manente illa. Naturam igitur assumptam, si dimittetur a verbo, recinerit illud, ac per hoc est fundamen tum unionis ab aliis in uione: respondendum ex dictis est, quod ut dicitur 7. Meta, non sit sphaera, non sit as, sed sit sphaera aerea, & similiter in proposito non sit filius Dei, non sit humana natura, sed sit filius Dei homo. Et similiter sicut si albedo, & Sortes unirentur, eret de novo Sortes esse albus, & si postea separarentur, cum Sortes, quam a bedine lectorum concuerat, amitteret Sortes esse album: ita quod licet non corrumperetur albedo, corrumperetur tamen esse album, sicut in uione non generaretur albedo, sed esse album. Et enim album significat esse absolutum in compositione confitens, quod generatur, & corruptitur per unionem, & separationem. Et similiter si corpus, & anima reparari existentia unirentur, acquireret corpus esse viuum, & si postea separarentur, utrumque scorum conserget, amitteret corpus esse viuum, quod est scilicet fuostiale in compositione confitens. Ita in proposito quia filius Dei acquisiuit per assumptionem, esse hominem proportionaler loquendo, si separaretur natura humana a Filio, amitteret filius Dei esse hominem, quod acquisierat, quod constat esse absolutum ens substantialis in compositione confitens. Et loquor non de compositione anima, & corporis, quam esse presupponit, sed de compositione natura, & supponit, in qua confitit esse hominem operari, etiam aliquem hominem esse hominem, & impossibile est etiam fingere esse hominem in rerum natura, nisi aliquem hominem. Ita igitur, quantum ad propositum spectat, habet esse hominem ad filium Dei, qui vere est homo, sicut te habet esse vi-

num ad corpus seu esse album ad subiectum, & similiter ita se habet natura humana ad eundem Dei filium, sicut anima ad corpus, & albedo ad subiectum. Et propterea, ut iam dictum est, quod modum generatum ex visione, & corruptum ex separatione non albedo, nec subiectum, sed esse album, & similiter non anima nec corpus, sed esse animatum, & esse viuum, ita ex vi assumptionis non sit filius Dei, non sit natura humana, sed sit esse hominem non in communione, sed hunc, & similiter, si separare natura humana, corrumperet non natura humana, sed esse hominem hunc. Nam si sibi relinquatur natura humana, non esset idem homo, sed aliud homo fieret, qui in natura illa subsisteret: non enim Christus subsisteret in illa natura, sed alius homo. Vnde si verbaliter etiam desideras respondere habes, quod esse hominem, est illa entitas absoluta, qua fundat relationem visionis in mysterio incarnationis, & quod ista entitas si est, necessario est via Verbo. Impossibile est sequitur inveniri idem esse hominem separatum a Verbo: quia nisi possit inveniri ea dem natura humana separata a verbo quoniam esse hominem, numeratur ad

3. dis. 5. q. 1.
art. 1. q. 1.
4. cōf. c. 4.

Vtrum vno duarum naturarum in Christo sit maxima visionum.

AD NONVM sic proceditur. Vnde, quod vno duarum naturarum in Christo non sit maxima visionum. Vnus enim deficit in ratione visionis ab eo, quod est unus, eo quod vnitum dicitur per participationem, vnum aut per essentiam: sed in rebus creatis aliquid de simpliciter esse vnu, sicut principium patet de vnitate ipsa, quod est principium numeri. ergo huius vni, de qua loquuntur, non importat maximam vnitatem.

P2. Præt. Quanto ea, quae vniuntur, magis distat, tanto minor est vnu sed ea, quae sunt in hanc unionem vniuntur, maxime distant. s. natura diuina, & humana: distant enim in infinitum. ergo huius-

nem, numeratur ad numerationem individuorum hominis. Si enim natura humana separaretur a Verbo, eo ipso fieret, & esset alius homo, esset aliud numero esse hominem, quo ille alius esset homo, & aliud quo nunc verbum Dei est homo: quoniam ut iam dictum est, esse hominem in compositione naturæ, & suppositi onis filii, ac per hoc variatio suppositio, variabitur numeraliter. Sicut si albedo migraret de subiecto in subiectum, esset aliud, & aliud numero esse album, iuxta numerum subiectorum: & similiter si anima migraret de corpore in corpus, esset aliud, & aliud numero esse vnu, iuxta numerationem corporum eadem ratione, quia in compositione haec omnia consistunt: & diversitas numeralis, diversitatem subiectorum, seu suppositorum comunitatur. Et sic patet, quod est aliqua entitas absoluta, quae quodammodo est in natura creata, scilicet humana natura Christi, scilicet esse hominem, quae si est eadem numero, necessario est vna per sona diuina.

Ad secundum autem obiectum dicitur, quod ista entitas est substantialis, & identificatur substantiæ composite, hoc est, huic homini non autem hinc natura humana. Et ideo si hanc natura assumptionem dimitteretur, non remaneret relatio visionis: quia nec remaneret hic homo idem numero. Et sicut stat, quod remaneret haec eadem numero natura humana, & non remaneret idem homo, sed esset alius numero homo, alia numero substantia, & opposita, de prima substantia, non de quidam te loquendo, ita stat, quod natura assumptionis potest dimitti non remanente eodem hoc homine. immo implicat contradictionem remanere, eundem hunc hominem, & naturam assumptionem dimitti: quia tunc in natura dimissa subiectum alius homo, & non Christus, & subiectum Christus, & non alius homo. Et error processus Scotie est ex eo, quod substantia composite est duplex, scilicet natura, & individuum, scilicet haec humanitas, & hic homo. Nec oportet illud quod est idem subiectum composite, hoc est, hinc homini, esse idem hinc humanitati: & ideo non oportet remanere haec, si dimitteretur, remanere id, quod est idem

huic homini, quale est esse hominem invenientem in hoc homo, qui est Christus. Et haec dicta sunt, loquendo de termino ipsum prius est rem, hoc est, actionis, & passionis intellectus per nomen assumptionis: nam loquendo de termino assumptionis, vt importatur in vocabulo assumendi, remitto te ad literam,

quod natura humana est, vt terminus a

quo, & persona divina est, vt terminus ad quem.

Quæ ideo pro nouis dixerim

vt non putent doctri

nam datam à verbis

Auctoris distare;

sed attendant, quod

est varijs considerationes varie assignari potest terminus.

Nos autem ad rem spectavimus, vt

actioni reali, & esse

etiam tam excellenti

l. i. e. 10. an-

fluum proprium, ac

primo terminum in

re realem assignare-

mus. Et licet non

manifestauerimus,

quomodo quod di-

ctum est, sit manifestauimus tamen ex fi-

dei doctrina, quod ita est.

Et hoc suffi-

cere debet in tanto

mysterio: quod, vt

Aug. dicit si ratione

haberet non esset admirabile, & si exem-

plum haberet: non

est singularis. Et

ideo causa exempla

accipienda sunt, vt

scilicet, vt cumque

perspiciamus myste-

rii altitudinem, nec

metiamur illud vir-

ibus ingeniali hu-

mani.

Super Questionis 2. Articulum novum.

IN articulo 9. aduerte primo, quod cum iam distinctum sit de visione vel pro relatione visionis, vel pro coniunctione, ad quam confequitur relatio visionis, hoc in loco non sumitur vnu pro relatione, sed pro coniunctione ipsa, vt patet in principio corporis articuli, & ex conditione, que de ipsa inquiritur, feliciter de excellencia eius respectu reliquarum coniunctionum. Reditum enim hoc est, querere de ratione, nisi ratione fundamentum, nam facultas ratione fundamentum, nulla visionis relatio est maior altera: sed ideo vnu materia, & forma est major visione substantiae, & accidentis, quia fundamentum est magis indivisum, vt patet.

Aduerte secundo, quod non queritur explicite de visione naturæ, & persona vnu sit maxima: sed de visione naturarum in persona, verum, & hoc in espōsione ad ultimum tractabit.

In corpore articuli duo sunt, primo ponitur distinctione bimbris deinde responderetur quæstio cum distinctione iuxta membrorum propria distinctionem. Est autem distinctione ipsa. Vnu incarnationis dupliciter consideratur, vel ex parte naturarum coniunctarum, vel ex parte eius in quo coniunguntur. Probatur distinctione, quia vnu claudit in se duos, primo, extrema, quæ coniunguntur secundo, vnu in quo coniunguntur: est enim vnu coniunctio aliquorum in aliquo uno. Principialis conclusio responsiva quæstio est. Vnu naturarum in Christo ex parte eius, in quo vniuntur, est maxima. Secundaria conclusio est. Huiusmodi vnu ex parte naturarum, quæ coniunguntur, non est maxima, nec alter probatur.

Circa distinctionem in litera assignaram, dubium non dissi- mulandum occurrit: quin videtur deficiens, quia coniunctio aliquorum in aliquo uno, potest accipi non solum ex parte eorum, quæ coniunguntur, vel ex parte eius, in quo coniunguntur: